Quelle: http://manuscripta.at/?ID=912
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



paraclitum quendam benedictione data ibidem
sanauit. xxii. Quod mortuo theodeberto filius eius
in regnum successit. xxiii. Quod lotharius frequenter
consiliis sancti uiri utebatur. xxiiii. De aduentu lotha-
rii regis ad monasterium. xxv. Exinde profectus cum
sancti uiri benedictione. xxvi. De diaboli apparitione.
De conuocatione tocius congregationis. xxvii.
Quod nouissime sanctus uir dolore [illegible] re lateris xxviii.
tactus. xviii. K. febr. die mi[illegible] grauit ad dominum.
Quod post obitum eius biennio abeato paulfo. xxix.
detenti sumus. Incipit Vita Sancti Mauri abbatis.

Post quam Diuinitas Saluato-
ris nostri ihesu xpi que miraculis per carnem
coruscans. saluationem humani generis procu-
rare est dignata. uniuerso orbi apostolorum in-
notuit predicatione. et ecclesia catholica ipsius sui
domini piissimo redempta cruore. innumerabilium
est consecrata martyrum qui uictrici coronati
patientia infirmioribus quibusque proximis planiorem
iam uiam fidei relinquere. sublimitasque ac celsitudo quon-
dam illa terrena et superba. ipso quoque imperiali fasti-
gio iugo diuine credulitatis. et fidei per benigni-
tatem et misericordiam creditoris. et liberatoris omni-
um clementissimo ac rationabili equitatis iure

victorioso luctamine